

fuerint Episcopatus creati, vel si fuerint ta-
 men intra duarum dietarum spatium, ipsi,
 vel Officiales eorum inueniri minime pos-
 sint. Et infra Procius literę clariori inter-
 pretatione notandum est primo, qđ dieta est
 iter vnius diei, significat enim Hispanice
 Jornada vnius diei. Cōmuniter autem sumit
 pro spacio septem leucarum, atq; ita duę die-
 te conficiunt, aut cōtinent quatuor decim leu-
 cas cōmunes, & secundum alios duo decim
 tantum. Verum vt dicit Angelus verbo, Di-
 es, in hoc stādum est arbitrio boni viri, qui
 tamen à cōmuni cōsuetudine in hoc nō debet
 recedere, cū consuetudo sit optima legum in-
 terpres. c. Cū dilectus de cōsuet. Bonns enim
 vir intali, nō aspiciet quātū potest ambulare
 vno die, ille qui ad ambulādum est velox, vt
 cōmuniter sunt hī naturales, neq; etiam aspī-
 ciet, quantū potest ābulare ille qui est tardus
 ad ambulādū, sed ad illum aspicere debet, qđ
 in hoc tenet medium, qui neq; velox est ad ā-
 bulādū, neq; etiam tardus, sed qui rationabi-
 liter ambulat. Puto qđ in hoc possunt assumi
 pro regula religiosi, qui cōmuniter humano
 modo, & decenti ambulant, ita vt dicatur die-
 ta, tantū spaciij, quantum vno die religiosus
 senio